



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt LXVIII. S. Magni Monasterivm, In suburbio Ratisbonae, vltra pontem,  
vulgò Am Hof.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

huc vetus templum visitur) anno Christi circa  
millesimo centesimo trigesimo quinto <sup>1135.</sup>  
postea verò Bambergam, in locum( quo ho-  
die adhuc exstat) translatum anno Domini  
millesimo centesimo quinquagesimo. ibique  
in honorem Sancti Theodori Martyris fun-  
datum est à *Gertrude* Palatina, Conradi Mar-  
chionis Misnensis filia, quæ defuncto marito  
hoc ipsum cœnobium ingressa per annos ali-  
quot sanctè illic vixisse & præfuisse ceteris  
virginibus legitur. Sepultus est in eo *Her-  
mannus* secundus, Bambergensis Episcopus;  
qui obiit anno millesimo centesimo septua-  
gesimo septimo, & creditur fuisse Marchio  
Misnensis, & huius fundatrixis Germanus  
frater.

## CAPUT LXVIII.

S. MAGNI MONASTERIVM, IN  
*suburbio Ratisbonæ, ultra pontem, vulgo*  
Am Hof,

**C**irca annum 1135. ædificatum est hoc <sup>1135.</sup>  
monasterium per *Gebhardum*, Ratis-  
bonensem Canonicum, & Presbiterum. Rex  
*Conradus* Ierosolymis reuersus, cum Ratisbo-  
næ de obsidendo Chelhaim consultaret, con-  
lio fratris Vterini, Henrici, S. Leopoldi fi-  
lij (qui tunc Ducatum Bauariæ tenebat) sub-  
urbium Ratisbonense monasterio isti, anno

L 3 1138.

1138. dedit. Otto Frisingensis meminit ob-  
sidionis lib. I. cap. 63. de vita Friderici Impe-  
ratoris; sed de donatione S. Magno facta  
nihil.

Hartuuicus secundus Episcopus huic mo-  
nasterio alia quam plurima priuilegia dedit,  
inter quae etiam Ecclesiam in Saler , anno  
1156. & 1161.

In descriptionibus apud S. Magnum habe-  
tur, prædictum Gebhardum fundatorem fu-  
isse de familia *Comitum Raning*, cuius castri  
vestigia adhuc exstant iuxta Labarum am-  
nem. Ioannes Auentinus lib. 6. ita habet: *Con-  
radus, Henricus, Gebhardus, mysta Reginoburgen-  
sis, fratres Germani de Raning & Rotenburch  
Comites, cum matre Matlelda Paring, & D. Ma-  
gnum ad confluentes Danubij & Regni, in aduer-  
sa Reginoburgij riva, monachis Augustinianis de-  
dicant. Sic ferè Hundius in Metropolì Salis-  
burgensi.*

## CAPVT LXIX.

*HENNIACVM LIETARDI, AB-  
batia, congregationis olim Aroaz  
sienfis, in Belgio.*

**D**E huius monasterij primis initijs ita  
Chronographus Cameracensis, qui té-  
pore Gerardi, eo nomine secundi, Camera-  
censis Episcopi, anno nimirum Christi mille-  
fimo